



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1712**

Quæstio 227. Quid præterea sit notandum circa potestatem reservandi peccata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42433**

Dicitur II. *Nisi &c.* quia in casibus Papali-<sup>..</sup>  
bus absolvere potest Episcopus, per se vel Vi-<sup>..</sup>  
carium quando sunt occulti, ut docet *Nav. &c.*  
*27. Unde resol.*

Mendicantes ex vi juris communis non pos-<sup>..</sup>  
sunt absolvere à reservatis Episcopo, quia tū-<sup>..</sup>  
sic non habent potestatem majorem Paro-<sup>..</sup>  
chis, & privilegium, quod circa hoc habue-<sup>..</sup>  
runt, sublatum est decreto Urbani VIII. Anno  
1628. Excipit tamen *Avers.* cum *Dia. part. 8. t. 7. R. 71.* Eos casus, qui Episcopis à jure tantū-<sup>..</sup>  
reservantur. Imò *Quint. tom. 1. t. 3. f. 14* affirmat,<sup>..</sup>  
Regulares adhuc posse absolvere, sicut ante-<sup>..</sup>  
decreatum, eò quòd hoc in Provinciis non sit<sup>..</sup>  
promulgatum, quod *Dia. p. 9. t. 6. R. 51.* non au-<sup>..</sup>  
det probare, nisi ad Episcopum non pateat<sup>..</sup>  
recursus; tunc enim ab ipsi reservatis posse ab-<sup>..</sup>  
solvere, sicut possent à Papæ reservatis, *Gran.*  
*Dia p. 5 t. 14. R. 58. v. etiam Præp. q. 19 d. 1.*

Resp IV. Si Confessarius dubitet, an pœ-<sup>..</sup>  
nitens lapsus sit in mortale reservatum, si<sup>..</sup>  
quidem dubium sit positivum, potest ( se ..  
quendo opinionem probabilem, & judicando<sup>..</sup>  
probabiliter non esse reservatum ) absolvere.<sup>..</sup>  
Si verò dubium sit negativum, posse absolve-<sup>..</sup>  
re negant aliqui, ut *Arm. Cord. &c.* Probabi-<sup>..</sup>  
lius affirmant *Suar. Fill. Henr. Hurt. Bon. Lug.*  
*d. 20. à n. 17.*

A D D E N D A.

**Q**uest. 227. *Quid præterea sit notandum circa 1600.*  
potestatem reservandi peccata. &c. Hoc tantūm,  
quod illi omnes possint reservare, qui habent  
potestatem ordinariam conferendi jurisdictionem,

M m m 3 nem,

nem, possunt enim illam delegare aliis vel plenè vel restrictè tantum, *Dicast. d. 11. n. 4.* Unde posset etiam Parochus reservare respectu illius, cui à Parocho debet delegari *jurisdictio*, *Mai. Pasq. Dicast. contra Suar. Busenb.* & alios.

1601. *Q. 228.* Quotuplex sit & quomodo fieri possit *reservatio*. *R. §. 1.* Reservatio potissimum est duplex, pœnalis & medicinalis. Pœnalis est, quæ sit in odium & poenam alicujus peccati. Medicinalis, quæ sit propter bonum fidelium, vel ob rectam gubernationem alicujus communis.

1602. *§. 2.* Putat *Gobat t. 7. n. 260.* tum esse poenalem, si habeat censuram annexam; medicinalem, si non habeat censuram annexam: *Castrrop. t. 2. d. 1. p. 17. n. 8.* vocat pœnalēm, per quam delictum ipsum specialiter prohibetur vel punitur; medicinalēm, per quam delictum non specialiter prohibetur vel punitur, sed tanquam simpliciter reservatur: Hoc videtur certum, si reservatio supponat delictum & addatur ex suppositione illius commissi, tum esse pœnalem; è contrā tum esse medicinalēm, si non supponat delictum, sed ponatur velut medicina præservativa, ne delictum fiat vel repetatur, & ideo videtur dicendum, quod reservationes omnes, quæ de facto dantur, sint simul medicinales.

1603. *§. 3.* Reservatio fieri potest vel directè vel indirectè: Directè fit, cum quis jurisdictionem **Confessarii**, quam restringit, habet sibi subordinatam, ut Episcopus Parochi sibi subjecti, quam ideo directè potest ab eo auferre, suspendere, restringere. Indirectè fit, cum quis jurisdictionem **Confessarii** non habet sibi subordinatam;